Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

In nomine salvatoris nostri domini Ihesu xpi ac matris eius beate
Marie semper virginis gloriose totiusque celestis curie Amen.
Ego Bartholomeus de Saliceto predicte conclusioni acquiesco
et consentio. Et ultra predictam rationem talem assigno. Nam statutum
predictum non vult ut collegium minuatur sed ut stante collegio
expense restringantur et si restricte non sufficiunt tunc expense ex-
traordinarie debent subtrahi secundum ordinem in statuto positum. De-
bent igitur scolares a primis electi recipi ad collegium si plenum
non est et postea propter penuriam expense restringi et si restricte
non sufficiunt tunc expense extraordinarie debent minui vel tolli
primo / secundo scolarium provisiones tertio salarium rectoris et medici et
officialium. Quarto fieri quod sequitur in statuto. Provisiones quoque
scolarium et salarium rectoris et medici et officialium non debent
esse causa exclusionis venientium sed erunt venientes ad proficien-
dum. Collegium debent vel possunt esse causa propter quam cessabunt provisio-
nes et salaria predicta in subsidium aut subtractis omnibus pre-
dictis admonendum primum utiles ad studium deveniuntur et sic
non primus. Et sic non obstat quod Franciscus admittitur qui erat
hospes quia vero si constaret eum eiciendum esse et ipse eiciendi
evenisset quod hic non apparet ymo de contrario constat quod dum
provisiones dantur scolaribus et salarium Rectori et Medico
et officialibus seu familiaribus. Laus sit xpo.

Ego Bartholomeus de Saliceto compilavi et scripsi et me hic
subscripsi et sigillavi

Et ita ut suprascriptum est et consultum dico et consulo Ego Pe-
trus de Ancharano utriusque iuris doctor et ad fidem me mea
manu subscripsi et sigillo mei nominis sigillavi

· xpi &c ·

Sententia lata publicata Bononie contra collegium domini Gl bonon. Geometo pelagij

Pro tribunali sedendo ut supra pronunciamus sententiamus et decla-
ramus atque condempnamus dictos rectorem et consilia-
rios ad recipiendum et intitulandum dominum dominum G. prout iuratum ut su-
pra [illegible] et ad eundem prestandum ministrandum seu
[illegible] et ad collegium predictum et ad eundem prestandum commoda emolumenta et alia
prestari et ministrari faciendum commoda emolumenta et alia
[illegible] more solito aliorum scolarium collegiatorum et [illegible]
[illegible] quibus prestari debentur
in ipso collegio et modo et forma quibus prestari debent
modum et formam collegii predicti. Et quia pars predicte habuit
legittimam causam litigandi ideo ipsas et utramque ipsarum ab expen-
sis legittimis absolvimus. Et sic pro tribunali sedendo ut supra dicimus
legittimis absolvimus. Et sic pro tribunali sedendo ut supra dicimus condempnamus et absolvimus et
pronunciamus sententiamus declaramus condempnamus et absolvimus omni
modo via iure et forma quibus magis et melius fieri possumus
et tenemur et potuimus prout supra scriptum est mandantes fieri
et [illegible] et ponimus Gometio [illegible] Ieno
Presente instante et petente dicto domino Gometio ad dominum Archiepiscopum
[illegible] provinciam appellantes se una voce ad dominum Archiepiscopum
Ravennaten. in parte et partibus facientibus quibus supra etc. et apostolos
petentes se una voce ad d. R. per dominum Archiepiscopum et apostolos pete